63

Illustres ac Nobilissimi Domini Curatores,

Quandoquidem cùm in alijs Academijs, tum etiam in hac Schola Illustri à primâ illius fundatione in praesens usq; tempus usitato more ac consuetudine receptum est, ut vel novi Rectoris Magnifici designatio, vel prioris continuatio singulis annis, et quidem stato tempore ac consuetâ solennitate celebretur, intermittere nequaquam debuimus, quin Illustrib. Ampl^bus^ V^ris^ necessariam huius solennitatis memoriam debitâ observantiâ refricaremus, atq; hanc potissimum ob causam, quòd tempus huic negotio destinatum paulatim appropinquet, imo nobis tantùm non imminent. Cùm verò ordinarius ac constitutus dies decimus septimus huius mensis Septembris iam cadat in diem Dominicum, non abs re facturos nos confidimus, si in posterum Lunae diem hanc nostram solennitatem differamus, modò de Illustrium Ampl^um^ V^rum^ voluntate circa novi Rectoris Magnifici designationem, vel Praesentis huius continuationem nobis tempestivè constare possit, quam ut nobis quamprimum impertiri dignentur, etiam atq; etiam, obnixè et officiosè rogamus;

Illustribus Amplitudinibus Vestris
addictissimi Rector ac Professores Illustris Scholae
ac Collegij Auriaco - Bredani

atq; illorum nomine

Bredae 4. Septembris 1651.

Johannes Jacobus Hausman, Secretarius

© British Library
MS Egerton 1859, f. 63-64
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5174

Illustribus ac Nobilissimis Dominis

Domino Iohanni à Kerckhoven Heenvliet

Domino &c. Serenissimae Principis Auraicae Aulae

Praefecto &c. nec non

Domino Constantino Huygens, Equiti Zulichemi

Domino &c. Celsiss. Principi Arausionensi Con-

siliario & Secretario primario &c. &c.

Illustribus ac Nobilissimis Dominis,

Domino Joanni à Kerckhoven, Heenvlietiæ
Domino &c. Sereniss. Principis Auriacæ Aulæ
Præfecto &c. nec non
Domino Constantino Huygens, Equiti, Zulichemi
Domino &c. Celsiss. Principis Arausionensis Con-
siliario & Secretario primario. &c. &c.

© British Library
MS Egerton 1859, f. 63-64
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5174